

20 nia possibilis feci, ut obedirent. Non habent assistenciam nisi illorum privatorum, qui se  
multa pro obediencia passos conquerebantur.<sup>6)</sup> Opus est omni diligencia precavere, ne in  
curia favores et assistenciam assequantur. Velit igitur r. p. v. omnia disponere, ut hec causa  
appellacionis nequaquam in curia committatur aut saltem, quod si omnino committi eam  
contingat, quod graviter procedatur. Appellatum enim fuit post sentenciam excommuni-  
25 cacionis<sup>7)</sup>, et nisi primo pareant, quemadmodum dominus prepositus et alii paruerunt, sa-  
tisfactione premissa et maxime super vyolenciis, prout de illis r. p. v. informabitur, nequa-  
quam absolvantur. Eciam r. p. v. sit attenta, ex quo illi privati cum tanto preiudicio status  
ecclesiastici cum prefatis rebellibus se ingesserunt divinis et non curant neque censuras  
neque interdictum, quod tunc non senciunt favores, sed fiat iusticia. Nam peius statui eccle-  
30 siastico facere non potuerunt, quam fecerunt, et omni pena digni sunt. Confortatus est r<sup>mus</sup>  
dominus meus dominus Treuerensis et capitulum suum, quod obedit et cessit mal(is) illis  
viris, quod r. p. v. tanta faciet, quod mali puniantur. Opto r. p. v. in domino felicissime va-  
lere. Ex Palaciolo xxiiii iulii.

---

15 illos: illas.

---

<sup>1)</sup> Aussteller und Adressat ergeben sich aus Nr. 838.

<sup>2)</sup> Ausführliche Schilderung der Streitigkeiten bei Lager, Jakob von Sirk (Trier. Archiv V) 5–9; Bastgen, Trierer Domkapitel 73f.; Kentenich, Geschichte der Stadt Trier 279f.; Miller, Jakob von Sierck 225–229. Die Domherren Ägidius von Kerpen und Friedrich von Sötern (s.o. Nr. 633 Anm. 1) hatten bereits 1446 versucht, die Stadt Trier auf ihre Seite zu ziehen. 1447 I 31 kam es jedoch zu einem Ausgleich zwischen Erzbischof und Stadt; Rudolph-Kentenich, Trier 403–407 Nr. 138. Als 1449 IV 24 Carvajal, die statutenmäßig begrenzte Kapitularanzahl überschreitend, auf Wunsch Jakobs dem noch nicht 14-jährigen Simon (Sigismund) Wecker von Bitsch ein Domkanonikat verlieh (s. dazu auch Kisky, Domkapitel 170 und 189; Holbach, Stiftsgeistlichkeit 254 und 413f.), schlossen sich die Domherren Johann Zant von Merl und Heinrich von Rheineck den beiden Rebellen an und appellierten 1449 VI 14 und VI 18 an den Papst. 1449 VII 16 ordnete der von Carvajal eingesetzte Exekutor die Exkommunikation von Zant und Rheineck an. Die Verkündung dieser Sentenz wurde von den beiden 1449 VII 23 in Trier unter gleichzeitiger Volksaufwiegelung gewaltsam verhindert. Assistiert wurden sie dabei von den bereits exkommunizierten Domherren Kerpen und Sötern. Darauf verhängte Eb. Jakob 1449 VII 24 (Publizierung: 1449 VII 26) über Dom und Liebfrauen das Interdikt. Vgl. dazu auch die bei Schmidt, Quellen St. Kastorstift II 153–159, wiedergegebenen Urkunden. Abweichend hiervon heißt es in: TRIER, Stadtarchiv, Ta 61|1 f. 63<sup>v</sup>, das erzbischöfliche Interdikt sei schon 1449 VII 11 am Trierer Dom angeschlagen worden.

<sup>3)</sup> Soweit ich sehe, nicht überliefert.

<sup>4)</sup> Offensichtlich Johann Zant von Merl und Heinrich von Rheineck; s.o. Anm. 2.

<sup>5)</sup> S.o. Anm. 2 und ebenso zu dem Nachfolgenden.

<sup>6)</sup> Mit den privati (Z. 20) sind die Domherren Kerpen und Sötern gemeint, die 1445 vom Kapitel ausgeschlossen worden waren. Naturgemäß leisteten sie im Unterschied zu Eb. Jakob, der damals offen auf Konzilsseite trat, Eugen IV. „Obödienz“ (s.o. Nr. 633 Anm. 1), worauf sie sich unter Hinweis auf die damit verbundenen Opfer jetzt an der Kurie offensichtlich berufen wollten.

<sup>7)</sup> Es handelt sich hier nicht um die oben in Anm. 2 genannten Appellationen, sondern um eine gemeinsame Appellation der vier Domherren unmittelbar nach dem Anschlag der Exkommunikation; so in einer der Notizen Nr. 837a.

---

<1449 Juli 26 oder kurz danach.><sup>1)</sup>

Nr. 837a

Notizen <des erzbischöflichen Sekretärs Johann Jux> über die Publizierung der Zensuren gegen die aufständischen Domherren. Die entsprechenden Instrumente seien eilends NuK vorzulegen.

Or., Papierblatt: TRIER, Stadtarchiv, Ta 61|1 (s.o. bei Nr. 469) a (Beilagen) f. 7<sup>r</sup>.

*Nach der Exekution und Insinuation des Interdikts haben sich die vier Domherren persönlich eingemischt und appelliert. Die Instrumente des Offizials darüber sollen möglichst rasch dupliziert werden, et unum mittatur michi ad curiam cum primo nuncio ad finem predictum.*

Ista festinanter expediantur, ut in apportacione commissionum de curia probaciones tales in prompto habeantur, ne propter earum defectum negocium retardetur aut maneat causa inexpedita propter festinum recessum domini cardinalis de Cusa.

Instrumentum executionis sentencie declaratorie excommunicacionis facte in valvis ecclesie Treuerensis dominus meus habet; quod etiam produci debet coram domino N. de Cusa commissario.

---

<sup>1)</sup> *Das Datum ergibt sich aus der ersten Notiz: Primo habeatur littera interdicti positi per dominum Treuerensem (nämlich: 1449 VII 24) usw. ac eiusdem executionem (1449 VII 26) usw.; s.o. Nr. 837 Anm. 2.*

**1449 Juli 27, Pfalzel.**

**Nr. 838**

*NvK an Nikolaus Rolin, Kanzler des Herzogs von Burgund. Er bittet ihn, die Einkünfte des Trierer Domkapitels in Luxemburg nicht den mit der Stadt Trier verbündeten Domherren ausliefern zu lassen.<sup>1)</sup>*

*Kop. (gleichzeitig), Pap.-Blatt: KOBLENZ, LHA, 1 D 3610.  
Erw.: Miller, Jakob von Sierck 228.*

Magnifico et prudentissimo viro domino Nicolao Rolin domino de Auton(io) cancellario Burgundie etc., domino suo singularissimo.

Magnifice domine. Post recommendacionem. Puto quod ad noticiam illustrissimi domini nostri ducis domini mei metuendissimi deducetur pro parte nonnullorum dominorum maioris ecclesie Treuerensis, qui nunc sunt in civitate Treuerensi, ut de mandato eiusdem domini nostri ducis ipsis respondeatur de fructibus, qui in du[ca]tu Luczemburgensi capitulo Treuerensi cedere consueverunt. Unde [ad] finem, ne ipse illustrissimus dominus non decipiatur atque ut id fiat, quod iustum est, veritatem facti diligencius, quo potui, curavi magnificencie vestre notificare. Nam cives Treuerenses ante aliquot annos inceperunt statui ecclesiastico suas libertates infringere et ob hoc ad quandam concordiam pronunciatam per duos assessores et reverendissimum dominum archiepiscopum Treuerensem super arbitr(is) deventum est.<sup>2)</sup> Deinde, quia illam concordiam cives [ipsi] non servarunt, nuper a civibus peciit nomine cleri venerabilis dominus Ph[ilipp]us de Sirck prepositus Treuerensis concordiam observari, r<sup>mo</sup> domino T[reue]rensi presente. Fui tunc similiter et ego. Indignari ex hoc ceperunt cives contra prepositum et capitulum maioris ecclesie. Accidit eodem tempore, quod r<sup>mus</sup> dominus cardinalis sancti Angeli apostolice sedis legatus cuidam nobili de Bitis providit de canonicatu ecclesie Treuerensis, et processibus executoris obederunt dominus prepositus cum aliis, duobus iunioribus [canonicis] exceptis, qui ab illis processibus appellarunt.<sup>3)</sup> Quos cum executor excommuni[cacionis] sentenciis innodasset, quesiverunt illi iuvenes assiste[n]ciam; et ad hoc [dev]entum est, quod dominus Egidius de Kerpen, qui se decanum dicit, et Fredericus [de] Sotern, qui se scolastic[u]m asserit, quos cum r<sup>mus</sup> dominus archiepiscopus [iu]dicialiter privatos affirmaret, quorum causam in iure d[iffi]niendam ad se assumpsit r<sup>mus</sup> dominus legatus etiam ad parcium diligente[m] instanciam, [se] illis prioribus excommunicatis adiunxerunt et cum civibus Treuerensibus convenerunt, [ut] eorum concives fierent, ut in civitate pretextu illius ea se cure facere [p]ossent, que vellent. Quos canonicos cives ipsi ad finem, ut sic per medium eorum possent facilius contra clerum obtinere intentum, qui clerus pro suis libertatibus cives in ius vocare conclusit, ad eorum consorcium admiserunt hoc pacto, quod privilegiis